et periculum esse noverint. Qui dicebat per arma iustitie a dextris et a si-
nistris, sit merito congratulentur ei qui transierunt per ignem et aquam et in refri-
gerium sunt educti. Refrigerium vultis audire? Utinam id vobis alius loqueretur,
magis ego quod non gustavi eructuare non possum. Verumtamen michi hodie super
hoc refrigerio Malachiam audire videor: Convertere anima mea in requiem tuam
quia dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte etc. In quibus verbis
quid intelligam paucis audite. Siquidem inclinata est iam dies et longius
quam speraveram sermo processit. Ex intimis medullis apparent dulcedine no-
minis et Malachiam sile lingua formidans finem facere verbis. Mors autem
fieri potest est nisi forte excidit vobis quod in propheta legistis: Anima que pec-
caverit ipsa morietur. Triplex proinde congratulatio est hominis ab omni pec-
cato et labore et periculo liberati. Ex hoc siquidem nec peccatum meo habitare
dicitur, nec pene luctus indicatur, nec ab illo deinceps lapsu ei periculum est se ca-
vendum. Posuit Helyas pallium, non est quod timeat, non est quod tangi ne dum te-
neri ab ancilla vereatur. Currum conscendit, non est iam trepidare nec cadat sua
iter. Scandit non laborans volatu proprio sed celeri in vehiculo sedens. Sed hoc
nos refrigerium dilectissimi toto animi aviditate currimus in odorem unguentorum
tocius huius beati patris nostri, qui nimirum hodie tempore in ferventissimum desiderium vi-
sus est excitasse. Curramus inquam post eum et cum illi clamantes Trahe nos
post te, et affectu cordis et profectu operis, patronis devotis omnipotentem mise-
ricordie gratias referentes pro indignis servulis quibus propria desunt meri-
ta, aliena saltem voluit suffragia non deesse. || Dominica in kalendis
novembris de visione Ysaye Vidi dominum etc. Sermo xlix.

Vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum et plena erat
omnis terra maiestate eius. Sublimis quedam visio prophetico nobis
sermone describitur: Vidi, inquit, dominum sedentem. Magnum spectaculum fratres
et beati oculi qui vident. Quis non toto desiderio concupiscat tante maiestatis
gloriam contemplari? Hoc quippe omnium sanctorum unicum desiderium fuit, ipse est enim
in quem angeli desiderant prospicere, quem videre vita eterna est. || Sed aliam fratres
audio prophetam eiusdem et eiusdem domini longe dissimilem visionem. Siquidem Y-
sayas iste est qui alio in loco sic loquitur: Vidimus eum et non erat illi species ne-
que decor et estimavimus eum tamquam leprosum etc. Ubi illud primo considerandum
est quod cum illa hec prophetice peregrinationis propria non incongrue videtur, non sine
causa sane ibi vidimus scriptum est, hic vidi, ut illam intelligas esse communem, hanc
vero excellentie singularis. Siquidem absque specie et decore vidit eum et sprevit He-
rodes, viderunt ipsi quoque Iudei qui et dinumeraverunt omnia ossa eius. Iam vero super
hac visione beatum manifeste propheta denuntians ait: Tollatur impius ne videat
gloriam dei. Multifarie igitur multisque modis non solum locutus est in prophetis
sed et visus est a prophetis. Vigilabat cum David minoratum paulominus ab
angelis. Ieremias vidit eum cum conversantem cum hominibus. Ysayas modo super
solium excelsum, modo non solum infra angelos aut inter homines sed tamquam leprosum

se vidisse testatur id est non in carne tantum sed in similitudine carnis peccati || Tu
quoque si desideras videre sublimem humilem prius Ihesum videre curato sicut et
prius exaltatum in deserto serpentem si videre desideras regem in solio resi-
dentem Ista te humiliet visio ut illa exaltet humiliatum reprimat et sanet is-
ta tumorem tuum ut illa saciet et repleat desiderium tuum Exinanitum vides
non sit otiosa visio quia exaltatum otiosum videre non poteris similis eius ille cum
videris eum sicut est Esto et nunc similis ei videns eum sicut propter te factus si enim
non in humilitatem quidem similitudinem eius abnuis certa tibi sublimitas quo-
que similitudo debetur nunquam ille socium tribulationis a consortio glorie patietur
arcere denique usque adeo non dedignatus est passionis sue consortem etiam in regnum
admittere secum ut in cruce confitenti latroni eadem die cum eo fieret in paradiso
hinc est quod ait etiam ad apostolos vos estis qui permansistis mecum in tribulationi-
bus meis et ego dispono vobis regnum quare ergo si compatimur et conreg-
nabimus Sit interim meditatio nostra fratres Christus et hic crucifixus ipsum po-
namus signaculum super cor signaculum super brachium nostrum ipsum amplectamur
brachiis quibusdam videlicet dilectionis ipsum sequamur studio pie conversatio-
nis hoc enim iter quo tendat et nobis idem ipse qui est salutare dei Sane
non iam sine specie et decore sed in claritate tanta ut maiestas eius repleat
orbem terrarum Oportune siquidem visione prima nunquam hyemali adhuc in
tempore super solium sed inferiori atque humiliori habitatione videtur Duplicem
quippe solet habere magna domus quelibet mansionem estivam superius inferius
hyemalem Igitur dum ipsorum etiam discipulorum corda brumali adhuc glacie
stringerentur et Petrus quoque non minus corde gelido quam corpore calefaceret
se ad prunas tempus omnino non erat habitandi in solio vel persona apparendi At
ubi cantabitur canticum novum hyemps abiit et recessit flores apparuerunt in ter-
ra nostra oportune iam tunc ascendit in solium et habitabit dominus in excelsis Pu-
ta ergo Ysaiam cum hec legeretur illius glorie temporis oculo vidisse prophe-
tico Vidi inquit dominum sedentem super solium excelsum etc Sed quid putamus
quale est solium istud fratres neque enim altissimus in manufactis et manifestis
inhabitat nulla omnino materia corporalis apta tanto solio tanto habitatori vi-
detur Vivis est constructa lapidibus solium spiritualis quam vera et eterna
vita sua inhabitatione dignatur Et si minus tanto sufficiat edificio angelica
natura prevaricatorum utique minorata proprio suscitet certe de terra ino-
pem et de pulvere erigat pauperem ut collocet eum cum principibus et solium
glorie compleat et firmissis propterea ipse qui vidit non modo excelsum solium
sed elevatum quoque describit ut providentie et angelorum stabilis celsitudinem et
hominum miserorum elevatio designetur || Que sequuntur diligentiore et ipsi consi-
derationem desiderantes videant Ideoque sufficiat hodie vel cepisse || Item unde
Lena ut contemplator noster de eo || supra Sermo lxiii.
que super solium viderit maiestas eius omnis terra Adveniat domine
regnum tuum ut maiestate tua sicut celum replet repleat et terram

Ut quid enim princeps mundi huius tanto ubique furore bacchatur nisi quia terra
data est in manus impii sed hec est hora eius et potestas tenebrarum. Erit certe cum
qui in celo locum non habuit et ab ipsa quoque terre superficie exturbabitur miser et
eternis utique subterraneis includendus. Hinc quippe propheta david sortem
perspiciens premissa de maligno seu membris eius adiecit et ait: non sic impii
non sic sed tanquam pulvis quem proicit ventus a facie terre. Nulla iam tunc temp-
tandi facultas erit inquietandi libertas nulla possibilitas nulla nocendi.
Replebitur maiestate domini omnis terra cum iam voluntatis eius transgressio nulla
erit magis autem cum et ipsa liberabitur a servitute corruptionis huius
ppri qua ingemiscit et parturit usque adhuc. Erit celum novum et terra no-
va ut quaqua verteris oculos in ipsa rerum facie divina videatur quodammodo
resplendere maiestas. Sed est ubi alia quedam terra propinquior et super hanc am-
plior ubi illustriorque sollicitudo: nemo quippe carnem suam odio habuit. Conso-
lare ergo eam ut et ipsa requiescat ipse audiens nimirum quia replebitur
maiestate domini omnis terra. Quo nunc carnem nostram dilectissimi maiestas divina
replevit cum et magnus ille paulus primitias tamen spiritus habens ingemiscit mise-
rabiliter satis et dicat: Scio quia non est in me hoc est in carne mea bonum. Et certe
tum non dicebatur peccatum in eius mortali corpore. Nam adhuc et mortale corpus
prohiberi et peccatum quoque solum regnare dum erit enim etiam tunc lex peccati in mem-
bris eius quam maiestatis plenitudo cum venerit prorsus excludet. Non solum
autem sed et novissima destruetur mors. Replebitur ergo maiestate domini terra
nostra cum prorsus de medio fiet et peccatum omnis sensus et debitum mortis. Replebi-
tur inquam maiestate domini omnis terra nostra cum resurrectionis gloria vestietur in-
duet immortalitatis stolam configurabitur denique corpori claritatis christi. Salva-
torem siquidem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre configu-
ratum corpori claritatis sue. Quid adhuc murmuras caro misera quid ad-
huc recalcitras et adversus spiritum concupiscis si te humiliat si te castigat si te
redigit in servitutem. Id profecto in tuo genere nomini tuo inest quam ipsius quod
enim eis iudices qui te operuit vermium et muscarum pellibus ingluviem plane
gloriam medicine non erubescunt cultu indigno unius interdicto et mulieribus
semetipsam potius dehonestantes quam ornantes seu reformantes. Ipsi autem certe magis
deformant corpora sua. Te si fueris corporis humilitatis reformabit idem artifex
qui formavit. Ipsum tamen si non decipis prestolare manum ut quod fecit ipse reficiat.

Iam vero quod in ipsa prophetica visione sequitur attende. Et ea inquit que
sub ipso erant replebant templum. Propterea sane dixi humiliare sub potenti
manu dei ut exaltet te in tempore visitationis. Vide ut sub ipso inveniaris
alioquin non poteris esse cum ipso. Quid enim putas indifferenter admittet huiusmodi
in illud summe beatitudinis templum qui nec ipsos quidem angelos indifferenter re-
linquit in deo est. Putas non discernit inter glebas qui discrevit inter stellas? Exa-
minabit certe argentum qui et ipsum quoque aurum probavit et reprobavit.
Qualem vero putas necesse est horum inveniri qui repudiatur locum angeli sed

cavit. plane immunem ab omni iniquitate. Sed alia maxime que in ipso quoque angelo non ad levem offensam non ad momentaneam iram inventa est sed ad odium sempiternum. Semel turbavit superbia regnum illud concussit muros etiam prostravit ex parte et pro non modica. Quid ergo facile ne denuo recipienda admittenda videtur. Numquid non odit civitas illa et vehementer huiusmodi pestem abhominatur. Certi estote fratres cum qui superbis non pepercit angelis nec hominibus parciturum. Non est contrarius sibi ipsi non est personarum acceptor. Filia sua indigna eius. Sola ei placet humilitas sive in angelo sive in homine. Et qui sedet in throno solos eligit subditos e quibus repleat templum. Scriptum quippe est: Quis sicut dominus deus noster qui humilia respicit in celo et in terra. Vide autem ne forte michaelis vocabulum sit superbo illi dicenti: Similis ero altissimo in facie resistentis. Michael quippe interpretatum dicitur: quis ut deus. Bene ergo propheta cum dixisset vidisse se dominum sedentem super solium excelsum et elevatum ne forte aut excelsum intelligeret cuius de eo qui ait: Ascendam super altitudinem nubium aut elevatum referret ad eos homines qui in superbiam eriguntur ait: Et ea que sub ipso erant replebant templum ut manifeste intelligas non eam altitudinem commendari que extollitur adversus eum sed eos in templo suo et solio fore qui sub eo sunt alios quidem excelsos stabilitate solida alios ex imo levatos miseratione divina. At ne forte obiceres dicionem illius universa subesse nec quicquam de creatione habere quod ait que sub ipso erant ut solam que voluntaria est et ex fervore emittens procedit approbaret et commendaret dei subiectionem addit et de seraphim de quibus et nos suo loco dicemus quod fuerit datum desuper. Et ea inquit que sub ipso erant replebant templum. Ab initio siquidem fuerunt angeli dei in quibus bene illius templi plenitudo constaret sed non in omnibus bene placitum est ei quia et in ipsis ut scriptum est angelis suis reperit pravitatem. Fuit quippe in eis qui diceret: Ponam sedem meam ad aquilonem et plures qui crederent huic. Miser quippe qui super deo maluit esse quam sub deo miseri illi qui videntes furorem incurrerunt cum eo exierunt infelices et vacuus relictus est locus quem acciperet alter. ‖ Nonne subiecta erit deo anima mea. Philosophi nec sibi locus erit in templo quia que sub ipso erant replebant templum. Frustra pulsabunt fatue virgines in vanum clamabunt ubi impleta fuerint omnia et distributa beneficia et ianua clausa erit. Infelix autem cui a temporibus illis contigerit excludi. Infelix de quo clamabitur: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Ut quid enim lucem hanc temporalem miser ille videat qui gloriam illam non meretur intueri. Utinam nihil umquam vidisset oculus meus si illa quod avertit deus frustrandus est visione. Tamen superbi insolescant magis extollantur inflentur appetant semper in tumulo apparere ut cum venerit qui ceteris lineam a plenitudine excludant. Tu vero non sic sed deo subiecta esto anima mea. Subiecti sane ex animo subiecti cum fervore devotionis quemadmodum seraphim stabant super illud cum quibus stemus et nos hodie fratres ne dimoveamur a templo

isto in quo omnes dicunt gloriam qui gloriam contemplantur dominum dei nostri qui est super
omnia benedictus in secula ‖ Item sermo eiusdem super. Sermo lxiiij.

Non vobis arbitror excidisse de duobus seraphim hodie nobis habendum
esse sermonem propter illud ysaye qui postquam dominum sese testatus est vi-
disse super solium residentem addidit seraphim stare super illud Sera-
phim siquidem dilectissimi sicut frequenter audistis nomen est ordinis supremorum
spirituum unius de novem ipsius quidem summi atque supremi verum hoc loco ut arbitror
non in ea ponitur significatione precise cum innumera illa sint agmina hic
duo tantum seraphim describuntur Et ego quidem fateor si licet in hac parte unumquemque
in suo sensu habundare in duobus seraphim duplicem arbitror intelligi creaturam
rationalem angelicam et humanam nec mireris hominem seraphim fieri commemorans
quia carbo est dominus seraphim factus est homo Ad querelam tuam o superbe qui ex-
aras inter angelos stare non meruisti Ecce rex noster novos intra angelos fabri-
caturus advenit atque ut tabescas amplius et livore proprio torquearis non qua-
lescumque nec inferioris alicuius ordinis angelos sed seraphim audi enim quid
ipse loquatur Ignem inquit veni mittere in terram et quid volo nisi ut arde-
at Vult ergo seraphim fabricare ut ibi stent unde corruisti Seraphim
inquit stabant super illud Ut quid ergo tu qui mane oriebaris lucifer in veri-
tate non stetisti nisi quia seraphim non fuisti Seraphim quippe ardens vel in-
cendens interpretatur habuisti inquit lucem sed ardorem non habuisti bonum erat tibi
si ignifer magis quam lucifer esses nec tam immoderato appetitu lucendi ute-
ris frigidus ipse frigidas quoque eligeres regiones Dixisti enim Ascendam super
altitudinem nubium sedebo in lateribus aquilonis Quid festinas mane oriri luci-
fer quid gloriari super sydera quibus aliquanto clarius rutilare videris Brevis
ortus tui gloriatio tua Sequitur sol iustitie quem te esse vana presumptione arbitrabaris cuius
fervore pariter et splendore in nichilum redactus omnino dispereas Venturus in fine
seculi dominus tamquam novi solis ortu in disparatione illo quem superbiens es hodie prevenire
et extolli super omne quod dicitur aut quod colitur deus et qui tunc adventus eius illustra-
tione perimitur destruetur Quam prudentius et certe non ad insipientiam sibi Io-
hannes baptista Siquidem et ipse lucifer fuit non sua presumptione ne et ipse fur
esset et latro sed dei patris auctoritate premissus est ante dominum Ecce inquit mitto
angelum meum ante faciem tuam etc. Habes et in psalmo de eodem Paravi lucer-
nam xpo meo Ille enim erat lucerna ardens et lucens et voluerunt iudei ad
horam exultare in lumine eius sed non ipse Unde ergo cum ipsum interrogarent ipse de se
loquatur Amicus inquit sponsi stat et gaudio gaudet propter vocem sponsi Stat
ergo iohannes neque enim arundo est vento agitata Stat quia amicus Stat quia ar-
dens est et seraphim stare describuntur Vere amicus sponsi qui procedentis de
thalamo suo non emulatur gloriam sed parat viam sed predicat gloriam ut et ipse de
plenitudine eius mereatur accipere Lucet ergo iohannes tanto magis clarius quanto am-
plius fervet tanto verius quanto minus appetit lucere fidelis lucifer qui solis
iustitie non usurpare venerat sed prenuntiare splendorem Non sum ego inquit xpus

venit fortior me post me cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti Et illud Ego baptizo vos aqua ille baptizabit vos spiritu sancto et igne Ac si manifeste lucifer dicere videatur quod amicum inticies splendorem meum non sum ego sol longe aliud videbitis cum in eius comparatione tenebre sim et non lux Ego tamquam sponsus ante lucernam mitto vos in imo profundo Ille emittet in feruore radios suos soluet glacies paludes siccabit algentes calefaciet pauperibus erit pro vestimento nec sane dissonat a verbo iudicis vox precursoris sed manifeste ignem a iohanne promissum xpistus exhibet dicens Ignem veni mittere in terram dicit fortassis in igne ut feruorem et sic et splendorem esse non contendo licet feruor et quodammodo substantialior et inseparabilior videatur ipsum ponderandum quod magis in igne congruit Ignem ait veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat Cognouisti certe quid velit sed nec illud quidem ignoras quod et vim in eius velocitate sit et sicut stans nec fuerint dum velocitate plagis plurimum habeat impulare quod lucere festinas immo illud aduenit tempus in quo fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum Interim preciosior est appetitus iste lucis de feruore cum multo melius Denique si tam vehementer splendorem desideras quod videri vis esse cautus et primum quere feruorem nec dubium quin et splendor adiciatur tibi Alioquin dixissem Liberas quia numquam splendor absque feruore mutuatus et magis certe simulata lux est que non ab igne procedit quod autem alienum est ad modicum potest usurpare certe quam maior confusio quam non erat tunc voluisse videri Luna et aut habet absque feruore splendorem sed et ipsum mutuatur a sole ideoque tam frequenter minuitur et semper mutatur nec umquam in eodem statu permanet Sic pro certo sicut stultus luna mutatur Sapiens autem permanet ut sol Ille magnus stultus qui in dono suo perdit sapientiam quia refriguit in splendore Cecidit ergo lucifer de celo sicut fulgur Seraphin vero stant Super illud stant plane Seraphyn quia numquam cecidit Stant attoniti et suspensi in contemplatione sedentis in throno Stant in eterna immutabilitate et infinita immutabili Tu sedere attemptasti impie propterea tui moti sunt pedes et effusi sunt gressus tui Filius est qui sedet ad dexteram patris ipse est qui sedet in throno dominus sabaoth tranquillitate iudicans omnia Sola sedet trinitas que sola habet immortalitatem sola est apud quam non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio Seraphin vero stant immutabiles quidem sed suo modo non in eius comparatione stant extendentes se et intendentes in eum in quem prospicere concupiscunt Cui sedere proprium sit semper videtur esse contentus modo et solum hodie ecce malens esurire quam solam habet hanc a semetipso cum loquitur mendacium de proprio loquitur quia mendax est et pater eius Quod audis de verbo mendacii intellige et de operatione et licet male sibi in malo complaceat sufficere sibi magnum potest nemo ipso Sola proinde sedet trinitas summa que sola in se habet esse et omnino sola vere est et sola fruitur et sola nullo eget sola sufficit sibi ipsi || Item sermo unde supra Sermo lvj.

Cum dixisset propheta quia seraphim stabant, adiunxit denique et ait: Sex ale uni et sex ale alteri. Quid sibi volunt ale iste fratres? Ergo ne et cum hyemps transierit et sederit rex super solium, volandum adhuc erit et ipsis seraphim, ut possint diversis occurrere necessitatibus diversorum, ab imminentibus liberare periculis, opem ferre laborantibus, in tribulatione positos consolari? Absit ut in illo beatitudinis regno necessitas aut periculum aut labor aut tribulatio sit cui oporteat subveniri. Ad quid ergo tot ale? Placet michi statio ista, omnino sic volo manere, nec aliquid preterea admitto quod michi stabilitatis istius deperat. Verumtamen scio quia Ysaias propheta est, tu et spiritum eius habes, qui habundancia pectoris excedit non modo meum sed et veteris hominis sensum. Salvum sit illatum amanti stabilitatis suum, et si quas ale iste ad beatitudinem addiderint non refuto. Credo autem sicut in statione immutabilitatem sic et in volatu alacritatem promitti, ne videlicet insensibilis et quasi lapidum stabilitas estimetur. Sed denique et si alas habere necesse est, quare tam multas? Quid sibi vult multiplicatio ista pennarum? Audi quid sequitur: duabus velabant caput, duabus pedes, et duabus volabant. In quibus verbis videre michi videor quod de statione dictum est volatu manifestius expleri. Quomodo seraphim volant nisi in eum cuius ardent amore? Vide flammam quasi volantem et stantem simul, nec mireris ut sic seraphin stantes volare, stare volantes. Sed quia diximus quo volant, ipsas quoque quibus volant alas exigere religiosa curiositas videtur. Certius posset et credibilius prohibere cui datum est et videre. Ego tamen opinor non incongrue per alas istas cognitiones et devotiones posse intelligi, quibus in eum qui superpositus est seraphim [illegible]. Levat quippe cognitio animam, sed sola non sufficit: erit namque qui una tantum ala volare contendit, et quo magis attollitur peius colliditur. Experti sunt philosophi gentium, qui cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum; denique traditi in reprobum sensum, ipsi quoque in parte etiam passiones ignominie incurrerunt. Adeo vera probatur illa sententia: Scienti bonum et non facienti peccatum est illi. Sic et zelus absque scientia quo vehementius irruit eo corruit gravius, impingens nimirum atque resiliens. Ubi vero intelligentiam munus cognitionem devotio comitatur, et volet secure quisque cuiusmodi est, volet sine fine quia volat in eternitatem. Iam super eo quod premittitur capitis et pedum velatione, exstat a patribus prolata sententia dei caput pedesque velari, eo quod lateat quid ante mundum fuerit quidve futurum post eius consummationem. Et hoc quidem pro eo quod distincte in latinis codicibus scriptum est caput eius ac pedes eius. Testatur autem interpres noster in hebreo verbum esse quod interpretari possit eius et sua, ut seraphim iuxta hebrei sermonis ambiguitatem vel faciem pedesque dei vel suas faciem ac pedes operire dicantur. Unde et mirum videri potest cur e duobus cur magis interpretationem elegerint sensum quem visionis consequentia minus videtur admittere, ut videlicet velaret et velaret pariter caput pedesque sedentis, nisi quod Origenis expositionem secuti

est in hac parte. Et si de ipsis quoque seraphim licet accipere sic pinge eum ut
operto capite et pedibus solum appareat corporis medium et ipsum quoque non penitus
preter eas in medium alas quibus volare perhibentur. Considero siquidem ipse quod
dam caput corporis et pedes meos in verbis apostoli quibus ait: Quos enim presciuit
et predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui et quos predestinauit
hos et vocauit, quos autem vocauit hos et iustificauit et quos iustifica
uit hos et magnificauit. Itaque tamen meum solius gratie est et non habeo quod
michi in predestinatione attribuam siue vocatione non sic sine ab opere ius
tificationis alienus sum operatur et illud gratia sed plane meum video me
quemadmodum seraphim in medio apparet alis geminis pectoris gratiarum actione
deum et ipsum solius gratie nec est michi in hac parte vel omnino sine in ea gloria
et quasi mediator videri aut contempnitur. Velat itaque seraphim caput
suum duabus alis si et vocatione cognouerit et hinc tam fatetur quod gratia
sola eum preuenerit. Velat et pedes alis eque duabus si instructione quoque
que sola subsecutura est nec ignarus extiterit nec ingratus. Quia sa
ne et capitis et pedum velationem et minime quoque negligere non oportet. Li
cet hoc maxime perficienda sit quod Iudex sedebit super solium et astantes si
bi seraphim et agminis vertutis sabaoth illustrabit et inflammabit ve
hementer caritatis ardore. In quorum modo indignos nos seruos nostros fili de
quibus locuti sumus constituet dignetur nunc que ab eterno et usque in eternum super cher
ubin. In medio quidem alis geminis ostendens liberum arbitrium meritum gratia prin
cipium vero et finem soli vendicamus sibi ut sit nobis alpha et o deus deus me
us et pariter ambo clamemus: Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da
gloriam || Item unde supra. Sermo lxvi.

Commendant nobis sacre littere Christum dominum et ex patre et in patre et cum pa
tre et a patre et pro patre etiam et sub patre. Et dicitur ex patre ineffabilis
est natiuitas qui patre substantialis unitas cum patre equalitas ma
iestatis. Sane enim nec hec ab eterno deum si ex patre intelligens quod in patre
aut cum patre non sanguine sensum in patre cubans cum patre sedens dicitur
et audit consessus huius et huius attributus inuicem sicut cum sessio ma
iestatis sic consessio equalitate exprimit maiestatis presertim cum sit ei se
des a dextris patris non sane sub pedibus uel a tergo est sedere quidem iam cessare
est sed uere magis quod ut admirabilius et quodammodo dulcius esse videbitur fi
lio quod in patre est an quod cum patre cubans pectus in quo pectoris hora storina illa pax
dei que exsuperat omnem sensum et singularis requies dum superior illi afferunt
ur et si digne satis ore id exprimi nequit tamen insinuatum puto quod capit
ur silua quidem intelligibilis illius indiuisibilis simplicitate essencie inter glorie
equalitatem et sub uniuersitate verissime quedam et que ingressus et cum
bitus est cogitari possit distinctio videtur. Denique parum videt sponsum vide
re sedentem cubantemque sibi flagitat indicari. Indica michi quem diligit anima
ubi cubas in meridie sed et ante omnia que sanum sapit dulcius sapit per omnem

medium quod apostolus ait qui adheret deo vnus spiritus est quam quod apostolus dicit Cum se-
derit rex in sede maiestatis sue sedebitis et vos iudicantes hinc minus utique sed
magis quam condicio et sessionis cubantis Ego in patre ait filius et pater in me
est non potuit expressius substancie vnitas commendari Vbi enim uterque
in altero nichil quasi exterius et licet nichil interius cogitari simplicissi-
mam magis credi necesse est in ambobus substancie vnitatem Verumtamen aliquatenus
huic simile est quod dicitur qui manet in caritate in deo manet et deus in eo insinuatur
quedam spiritualis quedam vnio secundum quod super memoravimus qui adheret deo
non quidem vnum non vna substancia sed vnus spiritus est Illic non naturalis potius et
substantialis vnitas designatur vnde et habes in euangelio Ego et pater vnum
sumus Illud proinde iuxta prophetam plenitudine divinitatis cubantis vngen-
ti et quasi summa quedam requies domini est Nos quoque per hanc voluntatis vni-
onem et adhesionem spiritus quam minimum tantis facit pro nostro quidem modulo
in hoc sunt cubandum et in ipsam requiem fructus etiam primogenitus introducunt
¶ Iam vero quod dicitur a patre ambulante signat et ad eum que proxime ipso
presente celebraturi sumus spectat incarnationis eius adventum hinc nimirum
et ipse ait Ego enim a deo processi et veni in terras denique visus est et cum
hominibus conuersatus medius nostrum quem nesciebamus stetit verus quidem
emanuel nobiscum deus nobiscum stans sed pro patre Et enim nobiscum stetit aduer-
torum quod pro patre stetit zelum designat patrocinium nempe querebat in omnibus
gloriam eius et venerat facere voluntatem ¶ Ceterum si pendentem consideras
si xpm et hunc crucifixum attendis illic maxime evidentissime quod enim
sub patre reperies hoc et proprie et specialiter ad humane pertinet nature humilita-
tem secundum quam ipse ait Pater maior me est dicere ne audebimus quali-
ter etiam fuerit sub patre. Nemo id presumeret si non prius ipse dixisset Deus
meus deus meus ut quid dereliquisti me quasi quedam derelictio utique tunc fuit
ut nulla fuerit in tanta necessitate virtutis exhibitio nulla maiestatis os-
tensio Habemus itaque ihesum xpm ex patre nascentem in patre cubantem cum patre
sedentem a patre ambulantem pro patre stantem sub patre pendentem sine patre mo-
rientem Evenimus ergo modo ex hiis cum vidisse credimus ysayam cum dicit
Vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum longe enim per omnem mo-
dum dissimilis ea visio fuit de qua alibi idem propheta vidimus eum inquit et
non erat ei species neque decor et estimavimus eum tamquam leprosum et percus-
sum a deo et humiliatum Idem utrobique vidit eundem sed non vidit eodem mo-
do ac per hoc quodammodo non eundem Ibi enim vidit liuidum plagis satu-
ratum opprobriis affectum suppliciis lacessitum iniuriis vidit denique contemp-
tibilem vidit pendentem vidit propter nos morientem et ait Attritus
est propter scelera nostra cuius liuore sanati sumus Ibi nempe nouissimus vi-
rorum apparuit et despectus hic autem plena erat omnis terra maiestate eius
Ibi vir dolorum et sciens infirmitatem hic dominus sedens Et illa quidem visio
communis uerbo pluralis numeri designatur hec autem tamen singularis est

sublimis. Ibi ergo tamquam unus de multitudine videmus aut hic aut nusquam
solus et solitarius levans se super se. Vidi, inquit, Dominum sedentem etc. Et hanc competen
ter Dominus dicitur qui sedere aspicitur. Sedere enim presidentis est, sedere dominantis est et
regnantis, maxime vero sedere super solium dominationem nuntiat. Nam sedere simpli
citer aliquam habitationem. Ceterum ut proximus qui in pectore cubat delicians
cum puero imparans sedet. Ibi sponsus amabilis, hic Dominus admirabilis, denique
gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate sua. Vidit, inquit, Dominum
sedentem super solium excelsum et elevatum, et plena erat omnis terra maies
tate eius, et ea que sub ipso erant replebant templum. Que enim sub ipso erant
utique quod ipsum esse dixerat solium, sub tamen nihilominus erant. Si enim ipse su
per solium sedens, solium plane sub ipso, et quod ipsum replebat templum. De
inde quoniam et ipsa terra omnis plena maiestate eius, templum adhuc quo
vel unde repleretur? Evidenter datur ex his que audis solium non materi
nam imaginari corporeum sed angelicam intelligere creaturam. Si
enim sedes est sapientie anima iusti, quanto dignius sedes angeli sancti. Hoc pla
ne solium glorie eius excelsum per naturam sed multo magis per gratiam eleva
tum. Excelsos enim fecit natura conditionis, elevatos gratia confirmationis,
de qua dicitur: Verbo Domini celi firmati sunt. Ea igitur agmina angelorum in
quibus sedet Deus et que sub ipso sunt templum replent, licet tamen terra
omnis ipsius plena sit maiestate. Ubique enim regnat, ubique imperat, ubi
que maiestas eius. Sed gratia forte non ita, non minus sicut potestas
sit et voluntas eius bona atque beneplacens et perfecta. Alioquin quid est quod dicimus:
Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Fiat enim voluntas eius de omnibus sit
per omnes, non in omnibus. Tamen in electis spiritibus fit voluntas Dei, quoniam eis efficitur cum
ipso una voluntas. Hec sane adhesio spiritualis unum spiritum faciens, sicut mul
titudinis credentium cor unum et anima una legitur extitisse. Et ea que sub ipso
erant replebant templum. Replebant omnem latitudine spirituali, replebant celsi
tudine divina, replebant divisionibus gratiarum, replebant denique fructu san
ctificationis. Siquidem domum tuam Domine decet sanctitudo. Replebant diversis
carismatum donis, spiritu sapientie et intellectus, consilii et fortitudinis, scientie et pie
tatis, et replebant illud spiritu timoris Domini. Seraphim stabant super illud.
Nomen est angelorum ordinis summi atque supremi, et merito stare super
ceteros describuntur, et ipsi tamen quilibet ceterorum presentem astant nihil
ominus Domino presidenti devotum utique ministerium et plenum reverentie ob
sequium exhibentes. Aliter enim Deus, aliter angeli, aliter homines convenit
intelligi stationem. Stat Christus pro patre zelans patris gloriam tamquam
et tamquam fidelis unigenitus patris et primogenitus pro zelo fratrum adiu
vans adoptivos. Sic illum Stephanus stantem videt quem habuit adiuto
rem. Sic propheta surgere in adiutorium provocat: Exurge, inquiens,
Domine, adiuva nos. Stare angelum statu ministerio est dicente prophe
ta: Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assiste

bant et nam homini quidem stare persistere est in vigore suo et observare propo-
situm sic moyses stetit in confractione in conspectu domini ut averteret iram eius sic stetit
phinees et placavit. Seraphim stabant super illud quod sibi videtur quod non unum
non plures stantes vidisse perhibet propheta sed duos duos siquidem et apposuisse
constat ex eo quod sequitur adiungens sex ale uni et sex ale alteri et hii duo stabant
vere enim soli quasi ceciderit non habet sublevationem ve tibi superbe spiritus solitudi-
nis et solitarie presumptionis amator non stetisti in veritate expulsus es pes
superbie stare non potuit solus sedere volens tamquam fulgur cecidisti de celo non ha-
biturus aliquam sublevationem. Sex ale uni et sex ale alteri Ad quid multiplicatio is-
ta pennarum? Duabus inquit velabant caput eius et duabus pedes et duabus vo-
labant. Grande misterium et profunde utique sacramentum. Attentas in nobis
hec verba desiderant aures sed multo magis discretam in nobis linguam
exigunt maxime quia tam spiritualem dicam aut utrumque quod sentio nec sane
affirmans dico sed coniectans quodammodo et opinans quid enim estimare vetat
deiecto lucifero ad pervigiles excubias seraphim constitutos sicut certo homi-
ne post peccatum cherubim ad custodiam posuit deus nec incongrue forsitan cheru-
bim flammeus gladius traditur a ligno vite insensibili pater et incensio quibus ni-
hil enim terribilius magnum prohibeat carnalem porro seraphim tantum a-
las accipiunt quarum velamine arceant oculum spiritualem denique duabus inquit vela-
bant caput eius et duabus pedes ut nec alta dei nec profunda eius inquies ille
valeat contemplari Erit cum revelabitur gloria domini sed non erit hec ipsi factum
fuerit ante quod scriptum est Tollatur impius ne videat gloriam dei Interim sane ve-
latur caput velantur pedes ut medium aliquid eidem impio videndum sed ad tuendum
utique relinquatur et velantur alis que minime tamen sic illum arceant ut istos susti-
neant et sustollant. Quere deinde tamen pennis quibus alis velare dicuntur quod duabus
inquit velabant nec incongrue forsitan si duas istas nunc et gratie dicimus per-
fectam cum pennis quarum in hiis ipsis etiam solis celsitudo et elevatio in nobis fuerit
assignanda vivacitas siquidem per naturam intellectum et fervorem nichilominus
affectum per gratiam in eum qui super ipsos est extentum iugiter et intentum Stare
quidem ut diximus per misterium sed velare pro studium perhibentur licet enim
vellent caput domini vellent etiam pedes sed sibi ista non velant magis autem se-
dule volant et volitant inter ista et alta potentie eius et profunda potentie ves-
tigantes nec sane scrutatores sunt maiestatis ut proinde opprimantur a glo-
ria quia non minus diligunt quam intelligunt utpote quos ille regit et agit
spiritus qui scrutatur etiam alta dei Superbus ille lucifer lucem preferens non ig-
nem habens alteram tamen in eius ale casum facere potuit non volantem exultavit eum
lucidus esse non fervidus non incensus quod seraphim sonat non ergo stetit quia
contempsit sed nec velare potuit quod propterea sustulit cum nature vivaci-
tas sed in suam plane perniciem quippe que defectus gratie mox decreat nec dis-
similes sane eorum casus qui cum agnovissent deum non glorificaverunt aut
gratias egerunt quo tandem merito traditi sunt in reprobum sensum et obscura-

tur est insipiens in corde eorum denique et ipsi eorum principi impossibile est velamen
quod nulla iam non vivacitate perrumpat ut ipsius qui super solium sedet caput aut
pedes valeat intueri siquidem seraphim stantes et astantes duabus alis caput
velabant et duabus pedes. Non est corporalis divina substantia nec in forma hominum
membris distincta corporeis spiritus est deus et que de eo dicuntur spiritualiter sunt
intelligenda. Alioquin quis nobis revelabit hoc caput et pedes istos quos gemi
nis alis seraphim velant nisi spiritus ipse qui novit omnia que in eo sunt et scrutatur
etiam alta dei. Ego enim opinor ipsa esse que hoc loco capitis nomine designan
tur. Itaque secundum hunc sensum caput eius maiestas eius potentia eius sempiterna
virtus atque divinitas caput eius iuxta illud propheticum Iustitia eius sicut
montes dei. Nempe quod sequitur Iudicia tua vel abyssus multa non incongrue
videbitur pedum posse appellatione designari. Sunt enim velut quidam pedes eius
investigabiles vie eius incomprehensibilia iudicia eius profundum sapientie eius et incom
prehensibilis quedam sed dico incomprehensibilis dispositio eius. Ad hos pedes ipsum quoque
dominice incarnationis misterium spiritualiter noscitur pertinere et omnia pariter opera nostre
salutis. Cernere est quam sit iustitia illa sublimis que sicut montes dei
prophete esse videtur. Non enim si qua est humilis est iustitia recta fuerit
tamen sed non pura nisi forte meliores nos esse credimus quam patres nostros qui non
minus veraciter quam humiliter dicebant Omnes iustitie nostre tamquam pannus men
struate. Quomodo enim pura iustitia ubi adhuc non potest culpa deesse. Recta pro
inde interim videri potest iustitia hominum si tamen peccato non consenserit ut non reg
net in mortali eorum corpore. Nam primi hominis in initio non modo recta sed et pura
fuit quamdiu datum est ei nec sentire peccatum. Ceterum et ipsa quoniam firma non fuit
et puritatem suam perdidit et nec ipsam quoque retinuit rectitudinem suam. Sed
nec apud angelos iustitia tam pura et firma est sublimis quidem sed adhuc
longe inferior quam divina. Non enim innata eis est sed collata a deo ut non tam ipsa
perfecta est non modo iustitie sed etiam iniustitie capax inveniatur. Nunquid non ista
est presumptio quedam quam in angelis suis reperit illa iustitia legitur invenisse. Non
enim iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens aut is qui dei iustitiam minime igno
rabat nec aut omnis homo forte et ne ipsos angelicos eum novi spiritus excepisse
videtur. Enim et ipsi tanto verius quanto propius astant et apud quem est fons vite
nichilominus etiam iusti sunt sed ex eo non tamen eo munere eius non in eius comparatione.
Ipse enim sibi iustitia est eius voluntas non tamen equa quam ipsa existimat et utique
non aliud quam ipsa substantia est. Illa ergo iustitia verissime sicut mons est que
recta est pura est firma est et ut tamen dixerim etiam sublimis est. Quanta in hoc
capite altitudo latet quanta gloria est quantaque sublimitas in hoc tam umbroso
et condenso monte reposita quibus nunc putamus alis hoc caput seraphim ve
lant ut nulla sue subtilitate nature nulla creature perspicacitate neque
oculus in illam queat accipere vere huius elevatur. Duabus inferioribus alis
sunt videlicet ipsorum glorie et felicitatis inaccessibiles siquidem delectantur
in admiratione contemplationis illius nec minus gloriantur ipsius veneratione

Iniquus ille admirationem quidem sed non venerationem habens pro se sibi dei voluit pro
venerationem fugi non valuit per admirationem denique admirationem ipsam in emu
lationem convertit nec venerari dignatus est sed conatus imitari quem melius se
raphim sua ipsa admiratione felices veneratione etiam venerationem fecit veram
in ipso herent gloriam cui servire regnare est et apud quem dicitur qui se humiliat
exaltabitur. Et nunc audi quemadmodum hiis duabus alis ipsum quod diximus caput
domini nequissimus ille inspirat velare seraphim videantur. Quotiens enim summi di
riget aciem in angelicam statim felicitatem et gloriam malignus offendit et
offendit oculum pessimus humor livor propriis ut penetrare ultra non possit
sic nimirum quasi gemino quodam velamine ne sublimiora prospiciat in
dus prepeditur ad illorum quos superiores habet dolet non quidem felicitatem
non gloriam non utramque sibi reverberatam acie contabescens. Quis enim tam g
nus pruritus oculi quam invidia nec vero aliis livor invidus quam qui aliena gloria
et felicitate torquetur misera enim ut aiunt invidia caret. Sed et pedes
domini quibus nimirum impenetrabilem videlicet eius abyssum et dispositionis dix
imus investigabiles designari duabus eque alis seraphim velant. Ego autem
dico prudentia et felicitate fidelitate enim et fideles pariter et ministri sint
et prudentes sic divina negotia gerunt et saluti provident electorum ut
malignus ille eorum deprehendere non possit. Ex hoc pedum velamento factum
reor ut nesciens dominum glorie fecerit crucifigi. Ex hoc cotidie fieri ut
salutis nostre negotiis ignorans serviat et invitus serviat postmodum plangens
quod dum obesse voluit invenitur sit profuisse. Sic nimirum per administrato
rios spiritus illuditur eius astutia et quod fideles sunt qui detegere nolunt et pru
dentes qui norunt tegere divine erga nos providentie et dispositionis archa
num. Ceterum sicut e superius duabus alis nequissimus ille admirationem habuit
sed non venerationem ut diximus sic e mediis quoque speculem et intellectum qui
dem non sed non etiam gratam affectum dedit. Sic in Babylonium ex summis istis plus fa
cile advertere est quam inventus sit fidelitatis expers non autem sic aliter caruisse pru
dentia nisi tu forte aliud aliquid putas esse quod dictus est callidior cunctis anima
libus serpens. Forte etiam non incongrue dicimus quod eo ipso tam irreverentibus
casus eius inexpiabilisque collisio fuerit quod ex hiis quas diximus alis sicut in
parte dextera nulla affuerit sic in leva nulla defuerit. Non ita sane duo
illi quos prophetica nobis visio quondam stantes et astantes domine maiesta
tis eorum etiam duabus ut dictum est alis caput velant ipsum quidem sua admiratio
ne in qua altissimum felices ac veneratione in qua sublimius glorificant duo
bus etiam pedes fidelitate videlicet ac prudentia porro duabus volant natura ut
diximus perspicacia et efficacia gratie. Sane medium quasi quandam longitudi
nem medium visibilemque relinquunt longanimitate dico et benignitate dei ad pe
nitentiam hanc invitans omnibus enim commune est quemadmodum solem suum super bonos
et malos oriri facit et pluit super iustos pariter et iniustos. Hac nimirum curante
verus ille Salomon quasi quandam media sua constituit propter filias Iherusalem ut

quibus altiora scrutari et profunda investigare non licet saltem que in mediis
valeant exerceri et ad sublimium saltem usque exinde contemplationum promo
veri aliquando mereantur. Certum nequissimus ille ex hac visione et in presenti tormen-
tatus et gravius cruciabitur in futuro primum quidem quod ipsum nobis longani
mitatis benignitatis invidebit deinde quod nequissimum sibi ipsi hac salubri conversione
providerit ut ad penitentiam adduceret || In natali sancti Victoris de ex
emplis obedientie. Sermo lxiiii.

Vere sermonem a nobis expetit iste noster ille conventus qui adve
nit hac via honorabilium personarum quas de longinquo gratulamur ad
esse. Sane audirem ipse eos libentius sed quoniam eligunt primo et exigunt
magis ut loquar michi si non licet audire eos eis necesse est obaudire. Et
quidem vicarius est nobis sermo tam multa mansuetudo cum qua videlicet me
tius sanctiores dignitate superiores sapientia locupletiores non modo ad visitan
dos sed etiam audiendos nos dignati sunt declinare. Efficax eruditio et digna
omni acceptione doctrina siquidem non verborum lingua sed opere et veritate nos
ammonent imitatores suos esse sicut ipsi sunt christi et discere quod ab ipso utique
didicerunt mites esse et humiles corde. Sic maria elizabeth percipit iungitur vir
go ancillam domina puerperam matrem iudicis mater dei genitrix servuli geni
tricem sic postmodum ihesus et ipse iohannem adiit et adiit baptizandus ut posse
que decebat implere omnem iustitiam. Vos quidem venerandi patres deteriorem nobis
non fratris partem venimus ad audiendum quippe quoniam ad loquendum velociores
etiam inter ipsos qui inter magis exigerunt documento. Nam nos quidem qua
omnem non possumus implere iustitiam vel non nullam vobis exhibeamus iusti esse
se non graventur inferiores superioribus obedire. Sed unde loquimur qui de terra
est de terra loquitur ut vox illa clamantis. De terra ergo loquimur qui de terra sub
sistimus et in terra audire quique terrigene et filii hominum vobis dicimus et de vobis
in terra orimur in terra moramur in terra morimur revertentes in terram unde sumus
assumpti. Hic angustus nobis introitus mora brevis sola mors certa. Cogita
tus adam iudicium portare quod ne nunc dilatatus est vehementer multiplica
tus est et explevit terram. Itaque velit nolit quicumque vendicaret universi
sus adhuc fert sententiam quam excepit Terra inquit es et in terram ibis. Et
ius equidem sententia non sine grandis misericordie temperamento durum admodum
sed si mereris perses indulgentie plena siquidem non minus iuste poterat dice
re Terra eris sed ex hoc sub terram ibis. Iustus fecit etiam hic iustus deus
et laudabilis nimis dignus plane qui laudaretur sed magis idoneus qui lau
daretur aliquando tamen quoque nihilominus vere dicerem si tamen dicere possem Iustus
es domine et rectum iudicium tuum. At non infernus confitebitur tibi neque mors lauda
bit te sed nos qui vivimus benedicimus dominum. Pepercisti ergo domine terre tue pepercisti gle
be nondum tamen ut descendentem de celo in monte ... in iherusalem pateris aliquid
seminarius adhuc relictus. In via sanctum laudare possum illic totus inxero
ibi totus in laudem et dicent omnia ossa mea domine quis similis tibi. Itaque hoc